

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Misericordia ad
cum fonte primo

Misericordia est
salutis presidium, fidei ornamentum,
propiciatio peccatorum; hec est que
iustos probat, sanctos roborat,
Dei cultores ostentat.

Crisostomus ibidem (super Mattheum).

Est enim misericordia
salutis praesidium, fidei ornamentum,
propitiatio peccatorum. Haec est quae
iustos probat, sanctos roborat,
dei cultores ostentat:
cuius exercitium laetum efficit
dominum, placatum exhibet Christum,
dum cernit subsidiis huiusmodi foveri
pauperem, inopem sublevari.

Pseudo-Chrysostomus, *Sermo de*
misericordia et duobus mulieribus viduis
(PL suppl. 4, col.841).